Fragmentarium

domini in iherusalem: que est in iudea. Si
quis est de genere vestro: et dominus ip
sius cum eo ascendat in iherusalem. Et
quotquot circa loca habitant: adiuvent
eum qui sunt in loco ipso: in auro et
argento: dationibus cum equis et
iumentis. cumque aliis que secundum
vota apponuntur in edem domini que est
in ierusalem. et stantes principes pago
rum iudee ex tribu beniamin. et sacer
dotes et levite quos excitavit dominus
ascendere et edificare domum domini. que
est in iherusalem. Et qui erant in cir
cuitu eorum adiuverunt in omni auro
et argento eum et iumentis et vo
tis quamplurimis multi quorum sen
sus excitatus est. Et rex cyrus protulit
vasa sacra domini que transtulit na
bugodonosor ex ierusalem. et consecra
vit ea suo ydolo et proferens ea cyrus
rex persarum: tradidit mitridato qui
erat super thesauros ipsius. Per hunc
autem tradita sunt abmanasaro pre
sidi iudee. Horum autem hic numerus
Libatoria argentea duo milia qua
dringenta. cathisce argentee triginta
Phiale auree triginta. Item auree
duo milia quadringente: et alia va
sa mille. Omnia autem vasa aurea
et argentea quatuor milia quadrin
genta sexaginta novem. Et eva
cuata sunt salmanazaro simul cum
hiis qui ex captivitate babilonie ve
nerunt in ierusalem. Capitulum septimum
In artaxerxis autem regis persarum
temporibus. scripserunt ei de hiis qui
habitant in iudea et ierusalem: bal
simus et mitridatus. sabellius. et
rachimus. et balthens. samelius
scriba et reliqui inhabitantes in sama

ria et in ceteris locis. subiectam epistolam
artaxersi regi. Domine pueri tui rathi
mus ab accidentibus et sabellius scri
ba: et reliqui curie tue iudices in coe
lessyria et phenice. Et nunc notum sit
domino regi quoniam iudei qui ascenderunt a
vobis ad nos venientes in iherusalem
civitatem refugam et pessimam edifi
cavit furnos eius: et statuit muros
et templum suscitant. Quod si civitas ista
et muri consummati fuerint. tributa
non sustinebunt pendere: sed etiam re
gibus resistent. Et quia id agitur
circa templum. recte habere arbitrati
sumus non respicere hoc ipsum. sed no
tum facere domino regi: ut si videbitur
rex. queratur in libris patrum tuorum
et invenies in admonicionibus scrip
tis de hiis et scies. quoniam civitas ista fu
it refuga et reges et civitates concu
tiens. et inde refuge. et prelia com
mittentes in ea ab eterno: ob quam
causam civitas ista deserta est. Nunc
ergo notum facimus domine rex quoniam si civi
tas ista edificata fuerit et huius mu
ri erecti fuerint: descensus tibi non
erit in coelessyriam et phenicem.
Tunc re Capitulum octavum
scripsit rex rathimo qui scri
bebat accidentia et bethi
mo et sabellio scribe: et ceteris con
stitutis et inhabitantibus in syria et
phenice: ea que subiecta sunt. Legi
epistolam quam misistis michi. Pre
cepi ergo inquiri et inventum est quoniam
civitas illa est ab evo regibus re
sistens: et homines refuge et prelia
in ea efficientes. et reges fortissimi e
rant in iherusalem. dominantes et tri
buta exigentes a coelessyria et phe

B.1.9. N 2 (412)

License: public_domain – Antwerpen, Erfgoedbibliotheek Hendrik Conscience, B 412, lower pastedown – Bible (https://fragmentarium.ms/view/page/F-6qaq/8892/66936)